UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Decennium Apostolicum S. Francisci Xaverii Indiarum II. Japoniarum I. Apostoli

Nevhvsii

Manè orabat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37272

Visual Library

Da nobis Domine ſanctiſsimæ voluntatis tuæ perfectè ſemper agnoſcendæ, & adimplendæ gratiam.

Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

Quis mihi det, ut moriar pro te, & cognoſcant te omnes fines terræ!

Amplius! Domine! *cruciari amplius!*

Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Satis eſt Domine, *Te ſi habeam*, ſatis eſt.

In rebus dubijs. vel triſti eventu.

O Jesu! amor animæ meæ, per quinque vulnera in cruce pro nobis accepta obſecro fer opem.

Manè orabat.

Appende Domine in ſtatera peccata mea cum meritis mortis & Paſsionis Domini mei Jesu Chriſti. Et non cum meritis meis, quæ nulla ſunt: & ſic liber ero à poteſtate inimici; & ibo fruiturus in æternum gloriâ Paradiſi, Amen. *Lib. 2. Nov. Ep. 2.*

Tempore Sacrificii Miſſæ.

Rogo Te, ô miſericors Domine Jeſu Chriſte, per virtutē ſanctæ Paſsionis ac mortis tuæ, quam in ſacratiſsima illa Cruce perpeſſus es, dignare parcere peccatis meis: ſicut in illa pendens latroni peperciſti, ô benigne Domine: & da mihi contra inimicos animæ meæ victoriam; ac omnes trahe, ut peccata ſua verè agnoſcant & defleant. Amen.